Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

O ante O, & P

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

quiddam excrescit, à majori angulo ut plurimum ortum, ad oculi coronam ita procedens ut quandoq; pupillam operiat.

O'nychinŭs,a,um,pen.cor. ὀνυχῖνος. Quod ad onychē pertinet, vel quod ex onyche confectum est: ut, Onychina vasa, Onychina pyra vocat Plin.lib.15 cap. 15. quæ unguis colorem referunt. Item Onychina pruna apud Colum.lib.12.cap.10, quæ unguis formam & similitudinem habent.

O ante O, & P.

O O. In notis antiquorum, oportebit, & oportuit vel omninò, & aliquando omnes. O. O. TS. ornamentis omnibus textus, O.ogla.pulticula ex ovo & lacte.

O P. In notis antiquorum, optimo, vel opiter, vel oportere. OP. ET.S.P. optimo & sancto patrono, vel optimæ & sanctæ patronæ. O.P.F. optimo principali fecit. OPP. oppidū. OP.PRIN. optimo principi. OPT.P. optimo principi.

Opaca. Onobrychis herba apud Dioscor lib.3.cap.171.

O'pācŭs,a,um,pen.prod. Umbrosus, opertus, tectus: cui opponitur Apertus. [אפל aphel אפלה ifelfal. σκιερὸς, ἐπόκρυφος, ἀφανὴς. Gal. Ombrageux, obscur. Ital. Ombroso. Ger. Schaueckig. Hisp. Obscuro è sombroso. Pol. Cienisti, chi'adni. Vng. Sitetsi homalyos. Ang. Shadowed or in shadow, darke, obscure.] Virgil.1.Aegl. hic inter flumina nota, Et fontes sacros frigus captabis opacum. Cic.de part. In locis autem & illa naturalia, maritimi, an remoti à mari: plani, an montuosi: leves, an asperi: salubres, an pestilentes: opaci, an aptici, &c. Ovid.2. Fast. Alveus in limo sylvis appulsus opacis.

O'pāco,cas pen.prod. Obūbro, cooperio, obscuro. [אפל hefsal. ἐσκοτίζω. Gal. Ombrager. Ital. Adombrare. Germ. Beschatigen/ bedecken. Hisp. Hazer obscuridad è sombra. Pol. Okrywam dźiś cpienia. Vng. Meg sitesitem, homalisitem. Angl. To shadow or make dark.] Virgil.lib. 1. Georg. Nunc altæ frondes & rami matris opacāt. Colum.lib.5.ca.5: Quum plerunq; dicti syderis tēpore quædam partes ejus regionis sic infestentur Euro, ut nisi teguminibus vites opacentur, veluti halitu flammeo fructus uratur. Cic.2. de Nat.deor. de Sole: Vt quum terras larga luce compleverit, easdem modò his, modò illis partibus opacet.

O'pācĭtās,citatis,f.t. [אפל efel. σκοτεινότης. Gal. Ombragement, obscurité. Ital. Ombre, ciamento. Germ. Beschatigung oder die bundle vom schatten. Hisp. Aquella obscuridad è sombra. Pol. Cpienność. Vng. Sitetesseg, homalyosag. Angl. A shadowing or darknesse of trees.] Colum.lib.8.cap.17: Plusq; nocet putris unda quàm prodest opacitas.

O'pālŭs,m. ὀπάλλιος, Gemma est in India tantùm nascens, colore quidē candida, ita tamen ut in ea vario modo & carbunculi tenuior ignis, & amethysti fulgens purpura, & smaragdi virens mare, incredibili pariter mistura transluceant: unde & inter gemmas præderotas hoc est, à pueris in deliciis habitas, numeratur à Plin.lib.37.cap 6.

O'pālĭā, ὀπάλια, Festa erant Opi deæ, quæ Saturni uxor putabatur, dicata: quæ mense Decembri, paucis diebus ante Saturnalia celebrabantur. Plin.lib.19.cap.6: Sunt qui allium & ulpicum inter Opalia & Spalia & Saturnalia aptissimè seri putent.

O'pĕrā,æ,f.p. Actio est, & labor, & industria operātis, seu operatio. [עמל pōhal עמלה pehullāh יד jadh, ἐργασία, ἔργον. Gall. Labeur, travail, peine. Ital. Opera, fattica, industria. Germ. Arbeit/ fleiß. Bel. Werkstheyt. Hisp. Obra studio, diligencia. Pol. Robota, praca. Vng. Moka munkales. Angl. Labour, working, paine.] Cicer.lib.1. Offic. Non malè præcipiunt qui servis uti jubent ut mercenariis, ad justa præbenda, & ad operam exigendam. Cæs. 5. bell. Gall. Ipse, etsi res erat multæ operæ & laboris, tamen commodissimum esse statuit. Plaut. Capt. Nam tua opera, & comitate, & virtute, & sapientia fecisti, ut redire liceat ad parētes denuò. Cic.1.Offic. Quidam nimis magnum studium multamq; operam in res obscuras atque difficiles conferunt. Operas quoq; personas ipsas dicimus. μίσθωτοι, quæ pretio cōductæ aliquid operis faciūt, sicut Custodia pro iis ipsis accipitur qui aliquid custodiunt. Cic.7. Verr. Navem tibi publicis Mamertinorum operis esse ædificatam. ¶ Operę publicānorum, quos Fabiones appellant vulgò. Cic. Crassipedi lib.13.Epist.Famil. A' te peto Cn. Pupium qui est in operis ejus societatis, omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tueare: curesque ut ejus operæ (quod tibi facilè factu est) quàm gratissimæ sint socis. De operis Colum.lib.2.cap.23. abundè tractat. ¶ Aliquando etiam Operas dicimus nebulones conductos ad flagitium aliquod perpetrandum. Cicero pro Sestio: Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis, & ad diripiendam urbem cōcitatis. ¶ Operæ libertorum, officia sunt quæ liberti patronis gratiæ & remunerationis loco præstant. Hinc Cajus de oper.lib. Operarum, inquit, editio nihil aliud est quàm officii præstatio. De usu hujus vocis plura videbis in OPVS.

O'pŭs,n.t. Finis, fructusque opere, quod ædificando, fingendo, scribēdo, alitérve agēdo editū est: [מעשה maasēh פעל pōhal פעלה pehullāh. τὸ ἔργον, τὸ πόνημα. Gal. Œuvre, ouvrage, besongne, Ital. Opera fatta. Germ. Werck. Hisp. Obra que queda hecha. Polon. Skutek, robinek, praca. Vngar. Munka. Angl. A work, business, or labour.] Terent. in Heavt. utrunque complexus est, quum ait: Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ. Vnde opera autorum dicuntur συγγράμματα. Et opera, tàm publica quàm privata ædificia dicuntur ἔργα. Virg.8. Aeneid. Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. Vbi notandum est, quòd quotiès non ad laborem corporis, sed ad laborem animi, & ad artem, industriamque respicimus, magis Opus quàm Operam dicimus: ut, In opere fabrili, In opere rustico, In opere faciundo. ¶ Est aliquando opus, idē quod necesse est, cujus est varius usus. Aequè enim, opus est aliquid, & re aliqua, & ut aliquid fiat, dicitur. Cic. in Epist. Nos si quid erit ibi opus defendes. Idem alibi: Tu quæ istic opus erunt, administrari prospicies. Idem Curioni: Dux nobis & autor opus est. ¶ Aliquando substantivè pro eo quod est necessitas, vel res necessaria: & ita ferè ablativum postulat. Cic.3. de Orat. Acuto nobis homine opus est. Aliquando etiam cum genitivo. Idem ad Qu. Frat. Opus erit elegātioris alicujus. Apud antiquos etiam cū accusativo. Plaut. in Truc. Puero opus est cibum. ¶ Opera ferè ad hūc modum in oratione collocatur. Operam do, Operam impendo, Operam navo, quod est ad aliquam rem agendam incumbo, & studium laboremque impendo σπουδάζω. Cicero Tiro. Da operam ut valeas. ¶ Hinc dedita opera, dicimus pro eo quod est de industria, quasi cura adhibita, & labore impenso: quod & Data opera dicitur. Cic. in Epist. Data opera parvi, qui sic, &c. Dicimus etiam Operam conferre in aliquam rem, Operam consumere in aliquaere: Operas, vel operam dare alicui, pro juvare: Dare operam in exercitationem aliquam: Dare operam alicui, est audientiam accommodare: Dare operam præceptori, est eum audire: Dare operam funeri, est interesse pompis exequiarum: Dare operam tonsori, est tonderi. Id operam do, id est, curo, laboro. ¶ Eadem opera aliquid facere, id est, eadem diligentia, eodem labore. ¶ Opera est mihi, quod barbarè dicitur, habeo ad faciendum, sum impeditus. Opera tua, opera mea aliquid fieri, quod barbari dicunt meo medio. Opera tibi vita est, id est, vitā tibi ex labore comparat. Dicimus etiam Perdere operam, Ludere operam, Operā petere, Ponere operam in aliqua re, Ponere operam alicui. Cicero ad Attic. lib. 13: Faberio operam ponamus. ¶ Bene ponere operam, Præbere operam, Sumere operam, Operas reddere, Tribuere operam alicui rei, Vti alicujus opera ad aliquid faciendum. ¶ Operæ est, idem quod operæpretiū est. Plaut. in Cas. Dum mea facta itero, est operæ auribus accipere. Simile est illud apud Persium Satyra 6: Lunai portum est operæ cognoscere cives. In quibus orationibus tacitè subauditur nominativus Pretium. Opera est, idem quod opus est, quorum omnium testimonia studiosis passim occurrent.

O'pĕllŭ, æ, f. p. diminutivum ab Opera, Parva & exigua opera. [μικρὸν ἔργον. Gal. Petit labeur. Ital. Picciola opera. Germ. Ein kleine arbeit oder ein kleiner fleiß. Hisp. Pequenna huebra. Polon. Mala praca. Vng. Mincselesi ke mukatiket. Angl. A little or small labour.] Horat.1.Epist.7: Officiosaque se dulitas, & opella forensis Adducit febres. Lucret.lib.1: Hæc si pernosces parva conducta opella.

O'pĕrŭlĭ, æ, f.p. Aliud diminut. ab opera. μικρὸν ἔργον. Apuleius: Operulas etiam in eam cōculi, quas adhuc vigenis sacrarium faciens merebam.

O'pĕrārĭŭs,rii,substātivū,m.f. Qui manu operatur, mercede cōductus: [פועל poēl, ἐργάτης, ἐργάνη. Gal. Ouvrier, manouvrier. Ital. Manuale, lavoratore. Germ. Ein arbeiter / werckmann / tagewerker. Hisp. Obrero. Pol. Robotnik. Vng. Munkas. Angl. A labourer or workeman.] unde Cassius apud Varr. lib. 1. de Re rust. cap.17. præcipit operarios parandos esse qui laborem ferre possint, nec minores annorum duorum & viginti, & ad agriculturam dociles. Cic. in Parad. Verum potiùs de bonis est quærendum, quid bajuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint?

O'pĕrārĭā,riæ, Plautus in Bacch. Equidem tibi dabo hanc operam. Pat nimium pretiosa operaria es. [ἐργάνη. Gall. Ouvriere. Ital. Operatrice. Germ. Ein arbeiterin/ tagewerkin. Hisp. Obrera.]

O'pĕrārĭŭs,ria,rium, Quod labore atq; opera fit, sive quod ad operarium pertinet. [ἐργασιῶς. Gal. Fait industrieusement, ou appartenant à ouvrier. Ital. Fatto industriosamente, pertinente à lavoro. Germ. Das zu dem arbeiten oder dem arbeiteren gehört. Hisp. Cosa hecha per artificio, ò pertenesciente à obrar. Polon. Do robota przynależący. Vng. Mukas mukahoz valo. Angl. That is made by industry, or that belongeth to a workeman.] Plinius lib.14.cap.10: Sed inter vina operaria numerantur. Et fit ab opera. ¶ Hinc Operarius homo, qui operatur. Cic. Att. lib.7: Nam de altero illo mirabar sum admiratus, operario homine. ¶ Operarii lapides, qui ad opus aliquod accommodari & incidi possunt, & quibus operari possumus. Plin.lib.36.cap.22: Nunc ad operarios lapides transeāmus.

narios esse conveniat, primumque cotes ferro acuendo. ❡ Operarius usus, qui ad opus aliquod faciendum adhibetur, vel qui alicui operi accommodatur. Plin. lib. 8. cap. 3: Alterius mucronem parcunt, ne sit præliis hebes: alterius operario usu fodiunt radices, impellunt moles. ❡ Operarium pecus, cujus aliam ad operas nostras faciendas cōvertimus. Colum. lib. 6. cap. 2: Humilis enim & modica corporatura pecoris operarii esse debet: hoc est, pecoris illius cujus opera agrum colimus. ❡ Operarius dicitur id est, professus. Hoc quidē malè sumptum ex Cat. corrupto loco.

O'pĕrōsus, a, um, Qui rebus gerendis operam dat, inquit Valla, laboriosus. [יָגֵעַ jaghéah. ἐπίπονος, ἐργώδης. Gall. Penible, de grand labeur, qui travaille beaucoup. Ital. Faccendiere, infaccendato. Ger. Arbeitsam. Hisp. El que es de mucha obra. Polon. Pracowity. Vn. Munkas, nehez: Item, nehez. Ang. Laborious, that laboreth with great earnestnesse.] Cic. de Senectute: Videtis ut senectus nō modò languida non sit, verumetiam operosa: id est, quæ agit, & rebus agendis operam dat. Ovid. de Nuce: Sed puto magna nec est operoso cura colono. Brachia operosa Cyclopū, Stat. 1. Thebai. ❡ Operosus ejus rei quisque dicitur in qua desudat. Ovid. 2. Fast. Disce metu posito vates operose dierum, Quod petis, id est, qui in digerendis diariis laboras. ❡ Quandoque quod multa opera est confectum, aut quod est multæ operæ, quodq; ad sui absolutionem multum laboris requirit. Ovid. in Epist. Briseid. Viginti fulvos operoso ex ære lebetas. Plin. lib. 18. cap. 15: Et vicia pinguescunt arva, nec ipsa agricolis operosa: uno sulco sata non sarritur, non stercoratur. ❡ Operosus, pro efficaci: ut operosa herba. Ovid. 14. Metam. Vtere tentata operosæ virib. herbę. ❡ Facilis & Operosus cōtraria. Plin. lib. 11. cap. 23: Tarentinę faciles, nec operoso sunt cibo. ❡ Operosior, Operosissimus. Cic. de leg. 2: Nequis sepulchrum faceret operosius quàm quod decem homines effecerint triduo. Plin. lib. 14. cap. 12: In nulla parte operosior vita est. Idem lib. 7. cap. 53: Operosissima tamen securitas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur. Horat. 3. Carm. Ode 1: Cur valle permutem Sabina Divitias operosiores.

O'pĕrōsè, adverbium, Laboriosè, difficulter. [ἐπιπόνως. Gall. Avec peine & travail, difficilement. Ital. Con fatica & difficulta. Ger. Schwerlich/mit arbeit/arbeitsamlich. Hispan. Con mucha obra, difficilmente. Pol. Pracowicie. Vng. Nehezen. Ang. With paine and diligence.] Cic. in Orat. Quod vel maximè desiderat diligentiā: (est enim quasi structura quædam) nec id tamē operosè. Plin. lib. 18. cap. 26: Dicemus mox paulò operosiùs.

O'pĕrōsĭtas, atis, f. t. [עָמָל hamal יְגִיעָה jeghiháh.] Quint. libr. 8. cap. 3: Est etiam quæ περιεργία vocatur, supervacua, ut sic dixerim, operositas. [Gall. Travaillement, peine grande. Ital. Fattica travagliosa inutile. German. Arbeitsame. Hispan. Trabajo, mucha obra. Polon. Pracowanie.]

O'pĕræprĕtĭum, ab Opera deducitur. Fructuosum ad rem pertinens, opera & labore dignū. [מוֹעִיל mohil. τὸ ἀξιόλογον ἔργον. Gall. Qui est utile & convenable, fructueux. Ital. Fruttuoso. Germ. Nützlich/ wolthuns/ der arbeit wol wehrt/fruchtbar. Hispan. Provechoso. Pol. Pozyteczny, godny pracze. Vngar. Zuk seges. Ang. Profitable, worthie the labour and paine.] Cic. de Lege Agr. contra Rull. Quo in genere est operæpretium diligentiam majorum recordari. Idem 6. Verr. Iam ut hæc omnia reperire ac perscrutari solitus sit iudices, est operæpretium cognoscere. Livius 2. bell. Pun. Tempus est opulenta vos, ac ditia stipendia facere, & magna operæpretia mereri: Id est, magna præmia militiæ, inquit Budæus. ❡ Aliquando voce operæ posita, eleganter pretium desideratur. Pers. Satyr. 6: Lunai portum est operę cognoscere cives. ❡ Pretium operæ. Plin. Id verò audire pretium operæ sit. Facere operæpretium, est facere rem opera, & labore dignam. Liv. in Præf. operis: Facturúsne operæpretium sim, si à primordio urbis res populi Romani perscripsero. &c. ❡ Operæpretium habere: id est, pretium pro opera & labore. Liv. 3. bell. Pun. Servorum legionibus T. Sempronius consul, totiens jam cum hoste signis collatis pugnavit, operępretium habere libertatem, civitatemque.

O'pĕror, aris, d. p. ab Opera. In opere aliquo faciundo laboro, operam do. [פָּעַל pahal. ἐργάζομαι, πονέω. Gall. Ouvrer, besongner. Ital. Lavorare, operare. Germ. Wercken/ Arbeiten. Hispan. Obrar, trabajar. Pol. Przyjeie, robię. Vng. Mukal kodom munkálok. Ang. To labour, to worke.] Plin. lib. 11. cap. 10: Adolescentiores ad opera exeunt, seniores intùs operantur. Col. lib. 11. cap. 4: Si rebus venereis fuerit operatus vel vir, vel fœmina, debere eos flumine ablui. ❡ Operari superstitionibus, Liv. lib. 10. ❡ Itē rem divinā facere, sacrificare. ἱερουργεῖν, ἱεροποιεῖν. Iuven. Sat. 12: Vt matutinis operatur festa Lucernis. Pomponius: Ad Veneris profectus est manè vetulus, votū ut solveret: ibi nunc operatus est. ❡ Operari noctes luna dicitur, quū circulum suum per noctis tempus absolvit, & post Solis occasum lumen nobis præbet, quòd veluti opus ejus est. Propert. li. 3: Cynthia jam noctes est operata decē. ❡ Hujus verò compositū est cooperor.

O'pĕrātus, a, um, particip. [ἐργασθείς. Gall. Ouvré. Ital. Chi a fatto lavoro. Ger. Gewerckt. Hispan. Obrado. Pol. Robiacy. Vng. Muka ban gyakorlattatot. Ang. Wrought.] Virg. 3. Aen. Connubiis arvisq; novis operata juventus.

O'pĕrātus, absolutè, pro Operatus sacris. Tacit. lib. 2: Nox eadē lætam Germanico quietem tulit, viditque se operatum.

O'pĕrātĭo, onis, f. t. [פְּעֻלָּה pehulláh. ἐργασία, ἐνέργεια. Gall. Operation, œuvre. Ital. Opera. Germ. Ein werck/ oder die verbringung des wercks. Hisp. Obra. Pol. Pracze dokonczenie. Vngar. Mív veles munkalkodas. Ang. A working.] Plin. lib. 11. cap. 24: Tertium aranearum genus erudita operatione conspicuum. Cic. Att. lib. 6: Hujus nebulonis operatione si Brutus moveri potest, licet eum solus ames. ❡ Accipitur etiam pro sacrificio ἱερουργία. Plautus: ut istæc operatio crimen expleт.

O'pŭscŭlum, n. s. diminutivum ab Opus. [πονημάτιον. Gall. Petit ouvrage. Ital. Picciola opera. Ger. Ein werckim. Hisp. Pequenna obra. Pol. Robotka, pracyczka. Vng. Munetske. Ang. A litle worke.] Cic. 4. Acad. Vt etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.

O'pĕrĭo, ris, rui, tum, act. q. ex Ob, & Pario, sed b, abjicitur: unde & per simplex p, scribit. Tego. [כָּסָה chissáh חָפָה chaphah. ἀποκαλύπτω, ἐπικαλύπτω, σκεπάζω. Gall. Couvrir, enfermer, enclorre. Ital. Coprire, serrare, ascondere. German. Bedecken oder zudecken: item, beschliessen. Hisp. Cobrir, cerrar, esconder. Pol. Nakrywam. Vngar Befedem be fedezem. Ang. To cover or overwhelme.] Propertius lib. 3: Atque hinnuli pellis totos operibat amantes. ❡ Significat quoque Claudo. Terent. in Heavt. Vbi abiére intrò, operuére ostium. Plin. lib. 11. cap. 37: Morientibus oculos operire, rursusq; in rogo patefacere ❡ Quandoq; celare, abscondere, non patefacere. Plin. Epist. 60: Abdere lachrymas, operire luctum, amissoq; filio matrem adhuc agere.

O'pĕrĭor, riris, riri, passivum, q. Tegor, offundor. Cic. 6. Verr. In hac insula extrema, est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine plenissimus pisciū, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidū à mari disjunctus esset.

O'pertus, a, um, participium, Tectus: [מְכֻסֶּה mechusséh. κεκαλυμμένος. Gall. Couvert. Ital. Coperto. German. Bedeckt. Hisp. Cubierto. Pol. Nakryti. Vngar. Be fedeztetet. Ang. Covered.] ut montes operti arbore, Ovid. 5. Metam. Caput opertū, Horat. 2. Serm. Satyr. 3. Aemus opertus nubibus, Ovid. 4. de Ponto Eleg. 5. Fores opertæ, Idem 2. Fast. Lectica operta ferri per oppidum ut mortuus, Cic. 2. Philip.

O'pertus, us, ui, m. q. [ἐπικάλυψις. Vngar. Be fedés.] Apuleius in Apologia: Sed enim mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exortas, non modò indutui, & amictui sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus: sed opertui quoque inde rebus sacris usurpatur.

O'pertè, adverbium, tectè. [κρυφίως. Vngar. Fedve.] Gell. lib. 9. cap. 11: Eosque more Pythagoræ, opertè atque symbolicè ἀκούσματα appellatos.

O'pertum, ti, n. s. substantivum. [כְּסוּי chesui.] ❡ Opertum Bonæ deæ, sacrificii genus erat, quod à solis mulieribus in loco operto fiebat, cuique virum interesse nefas erat. Cicero in Paradox. Familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut si opertum bonæ deæ accessisses, exulares. ❡ Opertum, & Apertum cōtraria sunt. Plautus in Capt. Operta quæ fuére, aperta sunt: patent præstigiæ, omnis res palàm est.

O'perto, as, frequentativum est ab Operio, ut inquit Festus. σκεπάζω.

O'perimentum, ti, n. s. Dicitur quod aliquid tegit, operculum. [כְּסוּת chesúth מִכְסֶה michséh. ἐπίβλημα, σκέπασμα. Gall. Couverture. Ital. Coprimento. Ger. Ein decke. Hisp. Cobertura. Polon. Nakrycie. Vng. Fedel. Ang. Any thing tha covereth.] Cato de Re rust. ca. 10: Instragula octo, pulvinos sedecim, operimēta decē, mappas tres. Plin. lib. 8. cap. 42: Detracto oculorū operimento.

O'pertōrĭum, rii, n. s. Operimentum. [כְּסוּת chesúth מִכְסֶה michséh. περιβόλαιον. Gal. Couverture. Ital. Copritura. Germ. Ein Decke. Hisp. Cobertura. Pol. Przykrywka. Vng. Fedel. Ang. A cover.] Senec. in Epist. Ex duabus penulis altera stragulum, altera opertorium facta est.

O'percŭlum, li, n. s. Instrumentum quo aliquid tegitur, operimentum. [πῶμα. Gall. Couvercle. Ital. Coperchio. German. Ein Deckel. Belg. Een Schelt. Hisp. Tapadero ò cerradura. Pol. Pokrywka, wieko. Vn. Fedő. Ang. A thing to cover with.] Colum. lib. 9: Sunt qui à superiore parte foramina ipsis operculis imponāt, quod fieri non oportet: nam superciliens avis, proluvie vētris cibos & aquā cōspurcat. Cato de Re rust. cap. 10: Operculum aheni unum. Operculum ambulatorium. Plin. lib. 21. cap. 14: Operculum à tergo esse ambulatorium, ut proferatur intùs, si magnus sit alveus. Hoc est, quod facilè huc vel illuc moveatur.

O'percŭlo, as, Operculo operio, tego. [πωμάζω. Gall. Couvrir. Ital. Coprire. Ger. Decken mit einem deckel/ zuspunden. Hisp. Cubrir. Pol. Nakrywam. Vng. Fedezem. Ang. To cover.] Colum. lib. ult.

cap.30: Ab eo tempore, quo primùm dolia operculaveris, usq; ad æquinoctium vernum, semel in diebus triginta sex vinum curare satis est. Idem lib. 12. cap. 15: Quæ vasa confestim operculare, & obliuere convenit.

O̅pertāneŭs, a, um, adjectivum: ut Opertanea sacra, Sacrificia quæ in operto fiebant, quę & Secluſa dicebantur, ne profanorum oculis polluerentur. Hæc à Græcis μυστικὰ appellantur. Ad rem divinam luteo rostro pedibusque non videntur: ad opertanea sacra nigræ. Plin. lib. 10. cap. 56.

O̅perōr, Operosus, Operula, Vide OPERA, ræ.

O̅pes, opum, Vide OPS.

O̅phiāsis, pen. cor. ὀφιάσις. Vitium est capitis, pueris præsertim familiare, ab occipite pleruq; originē ducens, indeq; usque ad aures & frontē paulatim serpens, donec utrinq; fines quasi capite & cauda committantur. Vnde & nomen invenit. Ophis enim Græcè nobis *serpentem* sonat. Quacunq; hoc malū serpit, cutis emoritur, pilus excidit, glabretaq; per extimā capitis cutem sparsa, serpentis effigiem relinquunt.

O̅phidĭŏn, ὀφίδιον, Pisciculus est congro similis, multò tamē minor: à serpentis figura nomen habens. Meminit ejus Plin. lib. 32. cap. ult.

Ophicardelus, Gemma est, in qua nigrum colorem binæ lineæ albæ includunt. Plin. lib. 37. cap. 10.

O̅phĭŏctŏnŏn, ὀφιοκτόνον, Herba quæ notiore nomine *Elaphoboscon* appellatur: ita dicta, quod serpentes cæcare credatur. Herbariorum vulgus *Gratiam Dei* appellat, teste Ruellio.

Ophiogenium, n. s. ὀφιογένιον, Herba est, cujus pastu cervi sese adversus serpentes muniunt. Alio nomine *Elaphoboscon* dicitur: hoc est, cervi pabulum.

O̅phĭŏmăchŭs, ὀφιομάχος, pen. corr. *Lacerta* à Græcis dicitur, quòd cum serpentibus pugnet.

O̅phiŏphāgi, ὀφιοφάγοι, Dicti sunt qui serpentibus vescuntur: cujus generis populos ad sinum maris rubri memorat Plin. lib. 6 cap. 29.

O̅phĭŏstăphylŏs, ὀφιοσταφυλος, Frutex est ex sylvestrium vitium genere, quæ Vitis alba, & Græco vocabulo *Ampelelouce* vocatur à Plin. lib. 23. cap. 1. Latinorum nonnulli Serpentis uvam interpretātur: itaq; dictam putant, quòd in Arabia hoc fruticis genus præsentissimum venenum putetur.

O̅phiŏscŏrŏdŏn, ὀφιοσκόροδον, Frutex est, qui notiore nomine *Capparis* appellatur. Autor Diosc. lib. 2.

O̅phĭŏstăphylē, ὀφιοσταφύλη, Frutex est idem cum cappari. Plin. lib. 13. cap. 23: Capparis firmioris ligni frutex, seminisque & cibi vulgari. Quidam eum cynosbaton vocant, alii ophiostaphylen.

Ophis, Inter alia, Dracunculus herba.

O̅phītes, ophitis, pen. prod. m. t. ὀφίτης. Marmoris genus serpentis maculas habentis. Lucan. lib. 9: Quam parvis tinctus maculis Thebanus ophites. Plin. lib. 36. cap. 7. duo ejus facit genera: alterū molle & candidū, alterum nigricans & durum. Vtrunq; capitis doloribus, & serpentium ictibus medetur.

O̅phĭusā, ὀφιοῦσα, Herba est in Elephantine Aethiopię regione nascens, livida, difficilisq; aspectu: qua pota minas terroremq; serpentium animo obversari tradidit Democritus, eousque ut mortem sibi eo metu damnati conscifcant: quare & sacrilegis bibenda dari consuevit. Autor Plin. lib. 24. cap. 17.

O̅phrys, ὄφρυς, Herba quędam denticulato oleri similis, foliis duobus, quę capillis nigredinem inducit. Plin. lib. 26. cap. 15.

O̅phthăl̄mĭă, f. p. Vitium oculorum. [ὀφθαλμία. Gall. *Mal des yeux.* Ital. *Morbo d' occhi.* Ger. Wehthumb der augen so einem ein röte vnd ein fluß bereyn schicht. Hisp. *Dolencia de los ojos.* Polon. *Czemnosci wczczch, y pusch czierzgnie.* Vngar. *Zöm faian, pestsmossag, kamsalsag.* Ang. *A disease of the eyes.*] Celsus Lippitudinem appellat. Galenus Therapeut. ad Glauconem lib. 2, dicit esse inflammationem ejus tunicæ quæ corneæ adhæret. Idem in Isagoge latiùs hunc morbum describens: Ophthalmia (inquit) est quoties rubet oculi pars candida, extolluntur cilia, simulq; fit, ut possint sine dolore conjungi palpebræ, tractatusq; manibus oculus dolet. Negat tamē Iulius Pollux Ophthalmiam esse proprium aliquod oculorum vitium, sed eo verbo significari tradit cavitatem oculorū ex corporis ægritudine. ¶ Ophthalmia etiam dictus est piscis, qui à Plinio vocatur Oculata. Plaut. in Capt. Pernam atque ophthalmiam, horæum scombrum, & trygonem, & cetum.

O̅phthăl̄mŭs, mi, ὁ ὀφθαλμός, Latinè oculus dicitur. Hinc Ophthalmicus, medicus oculorū. Mart. lib. 8: Hoplomachus nunc es, fuceras ophthalmicus antè. Hinc Triophthalmus lapis, qui hominis tres oculos simul exprimit. Aegophthalmus, qui oculum capræ habet, Monophthalmus, unoculus.

O̅pĭcĭfs, ca, cum, pen. corr. Sordidus, immundus, obscœnus. [NHD *ἰσοῦ, ἰσοῦχος.* Gall. *Ord, sale.* Ital. *Lordo, sporco, immondo.* Ger. Vnflätig, wüst, vnsauber. Hisp. *Barbaro, sucio.* Pol. *Plugawy, sprzetny, mierzwiaty, merzki.* Vngar. *Otsmany vadak rut, parail.* Ang. *Filthie foule.*] Mures opicos dixit Iuvenalis: hoc est, impuros, & putidos. Cujus significationis ratio tracta est à moribus Opicorum Italiæ populorū, qui idem Osci esse creduntur, teste Festo, spurcæ, præposteræq; libidinis nomine maximè infames. Vnde & verba impudica, Obscœna dicta fuisse Verrius existimavit. Eosdē etiam barbara lingua & sermone maximè inquinato usos fuisse accepimus, quemadmodū & Volscos. ¶ Vnde Oscè, sive Volscè loqui, est inquinato, & impuro sermone uti. Titinnius fabula 5. ut citat Festus: Oscè & Volscè loquuntur: nam Latinè nesciunt. ¶ Hinc etiā barbaros omnes veteres *Opicos* appellārūt. Cato apud Plin. lib. 29. cap. 1: Nos quoq; dictitant Barbaros, & spurciùs nos, quàm alios Opicos, appellatione fœdant. Iuven. Satyr. 6: Nec cutanda viris opicæ castigat amicæ Verba. Id est, quę nō Latinè loquerentur, sed Opicè. Fuerunt autē Opici, ὀπικοί, Stephano, Campaniæ populi quidam à linguarū colluvie dicti, sive à serpentibus, quasi ophici, in quibus numerabantur Bajani, Cumani, Puteolani, Neapolitani: hæ nanque urbes Opicorum fuisse dicuntur.

O̅pĭfĕr, ra, rum, Vide OPS.

O̅pĭfex, cis, pen. cor. com. t. Ab opere faciundo deducitur, & artificem nō modò rerū, sed etiam verborū significat. [חרש *charāsch* פוֹעֵל *omàn, ἐργοποιὸς, δημιουργός.* Gall. *Ouurier, artisan.* Ital. *Artefice, artegiano.* Ger. Ein Werckmacher, Werckmeister. Hisp. *Official de qualquier arte.* Pol. *Robotnik, mistrz.* Vng. *Munkas tsinalo ember.* Ang. *A worker or craftsman.*] Cicer. 5. Tusc. Isti Zeno Cetticus, advena quidam, & ignobilis verborum opifex insinuasse se in antiquā philosophiam videtur. Idem in Catil. Omne opificum instrumentum, omnis opera ac quæstus, frequentia sustinetur, alitur otio. Idem 1. Officio. Omnes autem opifices in turpi sunt exercitio. ¶ Opifex mundi à Cicer. 1 de Nat. deor. dicitur Deus omnium rerum conditor. Opifex, (inquit) ædificatorque mundi Deus.

O̅pĭfĭcĭum, hujus cii, n. s. Operis confectio, ipsum opus. [מעשה *maàsch* טעלה *pelulāh.* πόνημα, ἐργασία, κατασκευή, δημιούργημα. Gall. *Oeuure.* Ital. *Opera.* Ger. Ein Werck. Hisp. *Obra.* Pol. *Robota.* Vng. *Munka tsinalman.* Ang. *A worke.*] Varr. 3. de Re rust. cap. 16. de apibus loquens: Nisi opificii eas urget tempus.

O̅pĭfĭcĭŭm, n. s. p. Opificium, ait Budæus. Plaut. in Milit. Sicam opificinam nesciam aut malam esse, aut fraudulentam.

Opigena, ab ope dicta est Iuno, quòd ea ferre opem in partu laborantibus credebatur. Vide PARTVRIO.

O̅pĭlĭo, onis, m. t. quasi ovilio, Pastor ovium, qui ovium gregem servat & pascit. [רעה *rohēh.* ποιμήν. Gall. *Vacheyr.* Ital. *Pecorajo, pastore di pecore.* Ger. Ein Schaffhirt, Schäffer. Belg. Een Schaper. Hisp. *Pastor de las ouejas.* Pol. *Owczarz.* Vng. *Juhász.* Ang. *A sheepherd.*] Plaut. in Asin. Etiam opilio, qui pastor alienas oves, aliquam habet peculiarem, quæ spem soletur suam. ¶ Sunt tamen qui Vpilio, non Opilio scribant, autoritate Prisciani, qui affirmat o, brevem in hoc nomine esse conversam in u, longam ex literarum affinitate. Et hoc omninò in carmine observandum puto: alioqui enim hexametron ingredi non posset, quòd tres primas syllabas habent breves. Virg. 10. Aegl. Venit & upilio, tardi venēre bubulci. Vbi Servius: Vpilio propter metrum dixit Græcè ut οὔρειος pro ὄρειος. Nam �ęlio productionis gratia vertitur aliquando in u diphthongum, quam vertimus in u longum.

Opilo, (inquit Festus) genus avis est.

O̅pīmus, a, um, penult. prod. Dives & pinguis: [שמן *schemēn* דשן *dasschōn* עשיר *haschīr, atsir.* Gall. *Gras, fertile, riche.* Ital. *Ricco, grasso.* Ger. Reich, fett, wolgespickt. Belg. Rijcke. Hisp. *Gordo, fertil, rico.* Pol. *Tłusty, bogaty, nafpikowany.* Vn. *Kövér, bőséges.* Ang. *Fat, fertile, riche.*] ut, Mensa opima. Stat. lib. 1: Illuxet inconsuetus opimæ Sidonius mensæ miles, faciemque superbi Ignotam luxus. Opima præda. Horat. Epod. 10: Opima quòd si præda curvo littore Porrecta mergos juvent. Cic. pro Sext. Rosc. Vt ad illā opimam, præclaramq; prædā damnato Sext. Roscii velut cumulus accedat. Horat. 1. Epist. 2: Invidus alterius macrescit rebus opimis. ¶ Opimus & Gracilis sunt contraria. Cicer. de Clar. Orat. Habet enim certos sui studiosos, qui non tām habitu corporis opimos, quàm gracilitatem consectentur. ¶ Opima spolia, σκῦλα ἄκρα. Plutarcho propriè ampla & magnifica spolia dicuntur, quæ dux duci detrahit: dicta (ut Varro inquit) ab ope, vel (ut Plutarchus ait) ab opere, quum sit opus egregium ac clarissimum, ducem belli partem sibi ductorem superare. Primus omnium Romulus, cæso Caeninensium duce, Iovi Feretrio opima spolia obtulit. Livius lib. 1. ab Vrbe. Virgil. 10. Aeneid. Aut spoliis ego jam raptis laudabor opimis.

O̅pīmĭŏr, comparativus, quo usus est Gell. lib. 5. cap. 14: Nam quas venabatur feras, membra opimiora ad specum sibi suggerebant: hoc est, pinguiora.

O̅pīmē, Abundanter, lautè. [πιμελῶς, πιανῶς, πολυτελῶς. Gall. *Abondamment, grassement, fertilement, richement.* Ital. *Abondantemente, grossamente, fertilmente, ricamente.* Ger. Reichlich, vberflüssiglich. Hisp. *Fertil y grossamente.* Pol. *Hoinie, dostatnie.* Vngar.

nem kaufregen. Ang. *Fatlie, fertilie, richelie.*] Plaut. in Bacch. Omnium ad perniciem instructa domus opimè, atq; opiparé.

O'pimo, as, pe. prod. act. p. Opimū, seu pingue facio. [הבריא *hibri. mairo.* Gall. *Engraisser.* Ital. *Ingrassare.* Germ. Mesten/feyßt machen. Hisp. *Engordar à otra cosa.* Pol. *Karmie, tl'ußo czynie.* Vng. *Kōvere, kōvéré tenni.* Ang. *To mak fatt.*] Colum. lib. 8. cap. 9: Hyeme tamen offæ panis vino madefactæ, sicut etiam palumbos, celerius opimant quàm cæteri cibi.

O'pimitas, atis, f. t. Abundantia: [שבע *ʃabâh.*] Plaut. in Asin. Maximas opimitates & gaudio offertissimas. Idem in Capt. Maximas opimitates opiparasq; offers mihi. Ex Nonio.

O'pinatores, sunt, ut in L. miss. de Exac. tribut. lib. 10. C. describuntur (si menda caret textus) militaris annonæ exactores. Vbi Pyrrhus non opinatores legendum credit, sed opimatores, qui præsunt annonæ opimandæ, ne desit alicui exercitui, cujusmodi *Vivendarios* [German. Proviantmeister.] fortè appellamus. Haloandri lectionem, quæ Opinatores habet, magis probandam puto.

O'pinio, onis, f. t. Existimatio, vel fama de aliquo concepta. [דעה *dahath.* δόξα, *νόμισμα*. Gall. *Opinion.* Ital. *Opinione.* Ger. Ein wahn/eyn achtung oder achtbarkeit. Belg. Eenen Waen/Meeninge. Hisp. *Opinion, pensamiento dudoso.* Pol. *Mniemanie, opinia.* Vng. *Velekedes.* Ang. *An opinion.*] Cic. 1. Offic. Quorum de justitia magna esset opinio multitudinis. Idē Lentulo lib. 1: Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis. Idem de Amicit. Nam quū conciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si à virtute defecerimus. ❡ Quandoq; suspicio, judicium, sive persuasio, quā habemus de re aliqua: hoc est, id quod de aliqua re sentimus. [Ger. Ein Wahn.] Cic. ad Ost. Quod utinam neq; nostra nos opinio neq; tua fides fefellisset. *ὑπόληψις.* Plaut. in Amph. Prius tua opinione hic adero. Terent. Heavt. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animū exaugeant. Cæs. 3. bell. Gall. Celeriter, contraque omnium opinionē confecto itinere, multos in agris inopinātes deprehendit. ❡ Distinguunt philosophi Opinionē à Scientia: Opinionem de re incerta, scientiam de re certa esse. ❡ His verbis in oratione pulchrè cōnecti solet, Obtinere opinionē, Habere opinionē de aliqua re, Imbibere opinionē de aliquo, Fallit me opinio, & fallit opinionē meam: Afferre opinionem de aliquo. Comprehendere & remittere opinionem sunt contraria. Adducere quempiam in opinionē, Evellere opinionem ex alicujus animo: Inferere opinionem, & Evellere insitam: Opinio hæc opplevit urbem. Vincere opinionem: quorum omnium exempla nusquam non sunt obvia.

O'piniosissimus, δοξοσοφώτατος, appellat Cic. 4 Acad. Antipatrum & Archidemum dialecticos, quasi novarum opinionum autores. Quid (*inquit*) duo vel principes Dialecticorum Antipater, & Archidemus opiniosissimi homines, nōnne multis in rebus dissentiunt?

O'pinor, aris, pen. prod. d. p. Puto, suspicor, opinionem habeo. [חשב *chaʃchab* סבר *ʃabar.* ὑπολαμβάνω, δοξάζω. Gall. *Cuider, avoir opinion, penser, estimer.* Ital. *Pensare, imaginarsi.* Ger. Wänen/ meynen/schetzen. Hisp. *Pensar con opinion.* Pol. *Mniemam.* Vngar. *Velekedem.* Ang. *To haue an opinion, to think, to beleue, to deame, to ween or suppose.*] Donatus: Quæ opinamur, putamus: quæ putamus incerta sunt. Terent. in Andr. -num videntur convenire hæc nuptiis? P. Non opinor Dave. D. Opinor narras? non rectè accepi. Certa res est. Cic. 4. Acad. Sapientem nihil opinari: id est, nunquam assentiri rei vel falsæ, vel incognitæ. Idem pro Domo sua: Falsò multa in vita homines opinantur. Lact. libr. Id enim opinatur quisque, quod nescit. Illi autem qui de rebus naturalibus disputant, opinantur ita esse ut disputant. Nesciunt igitur veritatem: quoniam scientia certi est opinatio incerti δόξασμα. ❡ Hinc Inopinatum dicitur, quod præter opinionem accidit. ❡ Hinc sunt adverbia Exopinatò, pro ex opinione, & secundum opinionem. Quint. lib. 8. cap. 5: Iam hæc magis nova sententiarum genera exopinatò, *&c.* ❡ Necopinatò, compositum à Nec: hoc est, non, & adverbio Opinatò, pro inopinanter, ex improviso. Liv. 4. ab Vrbe: Propiusque aliud novum malum necopinatò exortum est. ❡ Ex necopinatò. Liv. lib. 4. ab Vrbe: Ipse parte copiarum parvo circuitu locum maximè secretum ab hostibus petit, unde ex necopinatò adversum hostem invadit. ❡ Parvum opinatu. Plin. lib. 29. cap. 1: Illa aūt quę timuit Cato atq; providit, innocentiora multò & parva opinatu, quę proceres artis ejusdē in semetipsis fatētur.

O'pinatio, f. t. Opinio, assensio. [מחשבה *machaʃchabah* דעת *dahath.* δόγμα, δόξασμα, οἴησις. Gall. *Opinion, jugement non asseuré.* Ital. *Opinione, giudicio con dubbio.* German. Ein Meynung die doch ungewiß ist: und deren einer nicht sicherlich trauwen darff. Hisp. *Opinion, pensamiento dudoso.* Pol. *Domniemmanie, niepewnosc.* Vng. *Velekedes.* An. *A weening or deaming.*] Cic. 4. Acad. Herculis quēdam laborem exantlatum à Carneade, quòd ut feram & immanem beluam, sic ex animis nostris assensionem: id est, opinationem & temeritatem extraxisset. Idem 4. Tusc. Opinationem autem quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem.

O'pinator, m. t. Qui nihil pro certo confirmat, nihil certi habet, sed opinionem concepit. [δοξαστής, δοξαστικός. Gall. *Cuideur, qui n'asseure rien pour certain.* Ital. *Chi non afferma cosa alcuna, ma dubita del tutto.* German. Ein wäner/der etwas im wohn/und nicht im wissen hat. Hispan. *Que piensa algo, dudando, dudoso.* Polon. *Domniemiwacz, niepewcza.* Vngar. *Velekedö.* Ang. *A deemer.*] Cic. 4. Acad. Ego verò ipse magnus quidam sum opinator: non enim sum sapiens.

O'pinabilis, & hoc opinabile, om. t. Quod opinione concipi potest. [δοξαστός, ὑποληπτός, ἄδηλος. Gall. *Qui gist en opinion seulement, dequoy on peut avoir opinion.* Ital. *Che si può pensare.* German. Das im wohn zu fassen ist. Hispan. *Cosa de que se puede tener opinion.* Pol. *Mniemany.* Vngar. *Velhetö.* Ang. *That may be deemed or supposed.*] Cicer. 1. Acad. Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. Idem 2. de Finib. Artes quæ conjectura continentur & sunt opinabiles.

O'piparus, a, um, Splendidus, sumptuosus, magnificè apparatus, lautus. [הדר *hadar* אדיר *addir.* πολυτελής. Gall. *Fort riche & magnifique, somptueux.* Ita. *Splendido, suntuoso.* Ger. Köstlich/ herrlich zugerüst. Belg. Leckerlich/kostelick. Hisp. *Costoso y de mucho gasto.* Polon. *Hojnie narządzony, dostatni.* Vngar. *Frais keszdag.* Ang. *Sumptuous, riche, fresh, gaye.*] Plaut. in Pers. Satin' Athenæ tibi visæ fortunatæ, atque opiparæ? Idem in Mil. Vino, ornamentis, opiparisque opsoniis. Apud Apul. lib. 2, de Asino (nisi fortè subsit mendum) legitur Opiparis per tertiam inflexionem. Piscatum (*inquit*) opiparem expositum video: id est, copiosum. Inde Opiparum convivium dicimus, quod lautum est, & magnificum.

O'piparè, adverb. Abundanter, copiosè, lautè, magnificè. [πολυτελῶς. Gall. *Richement, largement, magnifiquement, abondamment.* Ital. *Copiosamente.* Ger. Reichlichen und köstlichen/ uberflüssigklich. Hispan. *Costosa, y abundantemente.* Polon. *Dostatnie, kosztownie.* Vng. *Frissen keszdagon.* Ang. *SumptuousSie, gayelie, costelie.*] Cic. 3. Offic. Opiparè à Pythio apparatum convivium.

Opistenar, Extima manus pars, aliàs pars sylvestris.

Opistonomi, boves: id est, retropascentes in Lybia, quæ Aegypto terminatur.

O'pisthographus penult. cor. [ὀπισθόγραφος. Gall. *Escrit au dos, ou de deux costez.* Ital. *Carta scritta da due lati.* Germ. Papyr auff das man auch zu ruck: das ist/ auff beid seiten schreiben kan. Hisp. *Cosa escrita atras.* Pol. *Papier zobu stron pissany.* Vngar. *Mind ket felöl be irt level.* Ang. *Wrytten on both the sydes.*] Dicitur charta ab utroque latere scripta: ita dicta quòd etiam ὄπισθεν: hoc est, à tergo esset scripta: quum alioqui chartæ ferè adversa tantùm pagina conscriberentur. Vlp. l. Chartæ, ff. de Bon. possess. sec. tab. Chartæ appellatio etiam ad novam chartam refertur, & ad deletitiam. Proinde etsi in opisthographo quis testatus sit, hinc peti potest bonorum possessio.

O'pisthotonicus, m. f. [ὀπισθοτονικός. Gall. *Qui a le col panché sur les espaules, à cause des nerfs qui se sont retirez.* Ital. *Chi ha il collo indurito & volto verso le spalle, si che non lo può piegare.* Germ. Dem das haupt hindersich ragets als offtermals den zwergen. Hispan. *El que tiene la cabeça encarada atras.* Pol. *Krzywoszyj.* Vng. *Keifiezgorodonyaku.* Ang. *That hath his head bowing into his neck.*] Dicitur qui rigore cervicis inflexibili laborat, cujusque caput contractione nervorum in posteriorem partem ita trahitur, ut aliò flecti non queat. Vitium hoc à Galeno Opisthotonos [ὀπισθότονος. Gall. *Vne douleur de ne pouvoir tourner le col, quand on a le col panché sur les espaules.* Ital. *Ritiramento del collo verso le spalle.* Ger. Die hindersich baidung oder starung des haupts auß verstopffung der halß spañaderen. Hispan *El encaramiento de la cabeça atras.* Ang. *A dolour when one may not turne about his head.*] appellatur: cui cōtrarium facit Emprosthotonos, quando scilicet mentum pectori annectitur. Tetanos autem quum cervix recta obriguit, ita ut nullam in partem flecti queat.

O'pisthotonos, ὀπισθότονος. Vide in dictione præcedente.

O'pisthophylaces. [ὀπισθοφύλακες. Gall. *L'arrieregarde.* Ital. *Retroguarda.* German. Welche zurück die streitenden verhüten unnd schirmen. Hisp. *Los de la retaguarda.* Pol. *Pozadu broniacy bycyjch sie.* Vngar. *Hatal brchfereg.*] Qui in præliis pugnantium terga tuentur.

O'piter, opiteris, vel opitrix, Dicitur cujus pater, avo vivo, mortuus est. Sic dictus, quòd obitu patris genitus sit, aut quòd avum post patrem habeat: id est, pro patre. Festus.

O'pitulor, pen. cor. d. p. Adjuvo, subvenio: ab Ope tollenda: id est, ferenda. [עזר *hazar.* ἀλέξειν, ἐπικουρεῖν, προσαμύνειν. Gall. *Aider, secourir.* Ital. *Aiutare, soccorrere.* Germ. Helffen/zu hilff kommen/hilff beweisen. Belg. Helpen. Hispan. *Ayudar, dar ayuda.* Pol. *Pomagam, bronie.* Vn. *Segit segedelmazok.* An. *To aide or help, to succour.*] Terent. in Andr. Si illū relinquo, ejus vitę timeo; sin opitulor, hujus minas. Cic. ad Servium Sulp. Quoniam nihil jam videmur posse opitulari Reip. Salust. Sæpè majores nostri mi-

serti plebis Romanæ, decretis suis inopiæ ejus opitulari sunt. ¶ Opitulari contra aliquid. Plin.lib.28.cap.8: Et dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulari. Hinc Opitulator, ἀναφορεύς.

O̅pĭtŭlātĭo, f.t. auxilium. [βοήθεια. Vng. Segitself, segedelem.] D. de Minoribus lib. 1: Auxilium eis prætor hoc edicto pollicitus est. & adversus captiones opitulationem.

O̅pĭtŭlĭs, Dictus est Iupiter, quasi opis lator, ἀλεξικάκος, & propriè in rebus dubiis & malis dicitur. Festus.

O̅pĭum, Succus ex papavere, habens per somnum vim (si copiosiùs sumatur) mortiferam, μήκων ἐνός. Plin.lib.10. cap. 17: Aliqui addunt & opium pilulis in die ternis lupini magnitudine, in vini cyatho dilutis.

O̅plōmăchŭs. Vide HOPLOMACHVS.

O̅pōbālsāmum, n.f. [בכאת bechòth. ἐκ βαλσάμου. Germ. Saft von Balsam baum.] Succus balsami, qui præfertur omnibus odoribus, uni Iudææ terrarum concessus, ut ait Plin.lib. 12. cap. 25: Arbor ipsa balsamum dicitur, quæ incisa vitro, lapide, offeisve cultellis succum mittit, quem Opobalsamũ vocant, eximiæ suavitatis. ἐνός enim à Græcis succus dicitur. Xylobalsamum verò lignum balsami: Carpobalsamum, fructum balsami dicunt.

O̅pōcārpăchŏn, ἐποκάρπαχον, Succus carpathi, quem Plin. lib. 28. cap. 10, connumerat inter venena.

O̅pōpānăx. [ἐπωπάνακ. German. Saft von diesem kraut/ Opopanax in den Apotecken genannt.] Succus panacis herbæ, quæ omnes morbos sanare dicitur. Plin.lib.20. cap.24.

O̅pōrĭcē. ἐπωρική, Genus quoddam medicamenti, ἀπὸ τῶν ὀπῶν: hoc est, à pomis, arborumque fructibus: quod qua ratione confici soleat, docet Plin.lib.24 cap.14. his verbis: Vnum etiãnum arboris medicinis debetur nobile medicamentum, quod Oporicem vocant. Fit ad dysenterieos, stomachique vitia, in cõgio musti albi lento vapore decoctis malis cotoneis quinque cum suis seminibus, punicis totidem, sorborum sextario. & pari mensura ejus quod thus Syriacum vocant, croci semuncia. Coquitur usque ad crassitudinem mellis. Hæc Plin.

O̅pōrĭnŭs, na, num. pen.corr. Autumnalis. [ὀπωρινός. Gall. Autumnal, de l'automne. Ital. Autunnale. German. Herbstisch. Hispan. Otonal. Polon. Iesienni. Vngar. bej. Ang. Of the harvest tyme.] ἀπὸ τῶν ὀπῶρῶν, quod nobis autumnum sonat. Mart. lib.9: Si daret autumnus mihi nomen, ὀπωρινὸς essem, Horrida si brumæ sidera, χειμερινός.

O̅pōrōphylăcĭŏn, ὀπωροφυλάκιον, Custodia pomorum vel fructuum.

O̅pōrōthēcā, æ.f.p. Locus ubi fructus autumnales conduntur. [ὀπωροθήκη. Gall. Le lieu où on garde les fruits qu'on amasse en automne, grenier à pommes. Ital. Retrogna dove si vendono i frutti autunnali. Ger. Ein Opstkammer / ein ort da hin man die Herbst frucht/ als Opfel/ Beren/ rc. behaltet. Hisp. Cillero para guardar o vender frutta otonal. Pol. Komora wkterrą owoce chowaią. Vng. bej gyumolcz tartohaz. Ang. A place to keep harvest fruit.] Nam ὀπωρὰ fructus autumnales significat, & Theca repositorium. Varr. 1. de Re rust. cap. 59: In oporotheca mala manere putant satis cõmodè. Ibidem: Et ideò oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem ut fenestras habeant, atque ut perflentur, curant.

O̅pŏrtĕt, Impersonale verbum est, Expedit, utile aut necesse est. [δεῖ, χρὴ. Gall. Il faut. Ital. Far bisogno, bisognare. Germ. Man muss oder sott/ es ist von nöthen. Belg. Het is van noy. Hisp. Ser cosa conveniente. Pol. Trzeba iest, mosy. Ang. It ought or must.] Cic. pro Corn. Balbo: Oportere, est consentaneum esse officio: Licere, legibus & iuri: Decere, temporibus, & personis. Idem Att. lib. 6: Hoc fieri & oportet, & opus est. Idem in Catil. Quos ferro trucidari oportebat. ¶ Dicimus autè pro eodem Oportuit facere, & Oportuit factũ. Cic. 3. Verr. Hoc quod iampridem factum oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Terent. in And. Nonne priùs communicatum oportuit? Idem: Totam rem illi integram servatam oportuit. ¶ Aliquando est conjicientis. Plaut. in Pseud. Hunc hominem malũ esse oportet, οὐτοσὶ μάλιστ' κακὸς ἀνθρωπός ἐστιν: id est, mirum nisi hic homo malus est. Non dissimilis huic oratio fit per Volo. Idem: Liberis cõsulum volumus, etiamsi posthumi futuri sint. ¶ Invenitur aliquando personale. Quint. Disertos satis putat dicere, quæ oporteant.

O̅ppăngo, is, oppegi, oppactum, Affigo, conjungo. [ἀφαρμόζω, πηγνύω. Gall. Ficher pres ou contre. Ital. Attacare, coniungere. Ger. Anheften. Hisp. Hincar, ayuntar. Pol. Spaiam. Vng. ösze tapasolom. Ang. To fasten or joyne.] Plaut. in Curcul. Vbi suavium oppegit, fugit.

O̅ppĕdo, is, pen.prod. n.t. Contrà pedo: & per translationem reluctor, reclamo. [ἀντιπίπτω, ἀντιπαρέρχομαι. Gall. Contredire. Ital. Contradire ad alcuno. Ger. Zu wider seyn/ widerstehen. Hisp. Contradezir. Pol. Przeciwmówić. Ang. To fare against, to gainsay.] Horat. 1 Serm. Satyr. 9: -vin' tu Cuttis Iudæis oppedere?

O̅ppĕrĭōr, rīris, Verbum deponens, q. gemino p, scribi debet, Expecto, præstolor. [קוה kavàh יחל iachàl. περιμένω. Gall. Attendre. Ital. Aspettare. Ger. Warten/ beiten. Hisp. Esperar. Pol. Oczekiwam. Vng. Ellemar fiogom, ellene zokok. Ang. To tarie for.] Producit enim primã syllabam, quę in passivo Operior compitur. Silius lib. 5: -cedas, Oramus, supersis, tempusq; ad prœlia dextrum Opperiare. Supinum facit Oppertum, teste Prisciano: unde participium Oppertus. Terent. in Phorm. Si non tam dedero, unam præterea horam ne opertus sies. Legitur tamen quandoque participium Opperitus. Plaut. in Mostel. Senì non otium erat, id fum opperitus. Plaut. in Cistel. Virtus si advenit, jube domi opperiri. Terent. Adelph. Opperiar hominẽ hic, ut salutem, & colloquar. Idem Andria: Abi intrò ibi me opperire. Cic. Atti. Ego in Albano opperior, dum illa cognosco. Virg. 10. Aen. -manet impertentus ille, Hostem magnanimum opperiens.

O̅ppĕto, is, pen.cort. Ex Ob, & Peto. Non autem ex Os, & Peto (sicut putavit Servius) ut sit quasi ore tertã peto, quũ ægri moriuntur, non ore omnes terram petant. Propriè aut Oppeto, idem est quod obeo vel subeo: ferè tamen semper accipitur pro morior. [מות meth. יגע ל gàgàv. ἀποθνήσκω. Gall. Mourir. Ital. Morire. Ger. Sterben. Belg. Sterven. Hispan. Morir. Pol. Umieram. Vng. Meghalok. Angl. To die.] Sed hoc non tam fit ex natura verbi, quàm propter accusativum Mortem, qui in eo quanvis aliquando nõ exprimatur, semper tamen subaudiur. Oppetere mortem pro patria, nihil aliud est quàm subire vel obire mortem pro patria. Cic. 1. de Divin. Æquius esse censui maturam se mortem oppetere. Virg. 1. Aen. -ô terq; quaterque beati, Queis ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis Contigit oppetere! Cicer. 1. Tusc. ex antiquo Poëta: Vestras manus peto priùs, quàm oppeto malam pestem hostili manu.

O̅ppĭco, as, pen.corr. act. p. Idem quod Pico: hoc est, pice illino. [πισσόω, πισσώνω. Gall. Poisser. Ital. Impegolare. Ger. Verpichen mit Pich verstreichen. Hisp. Empegar. Pol. Smoli a obliewam. Vng. Az kurkozom. Ang. To pitch or cover with pitch.] quod genus picationis fieri antiquitus solebat in doliis, vel cadis vinarius, ne perfluerent. Cato cap. 120: Mustum si voles totum annũ habere, in amphoram musti indito, & corticem oppicato.

O̅ppĭdum, di, n.f. Sive ab Ope dictum sit, sive ab Opibus, sive etiam ab Opponendo, ut quibusdam placet, geminato p, scribendũ est. [עיר hir. πόλις. Gall. Vne ville moyenne, vn grand bourg fermé. Ital. Città, castello. Ger. Ein Stat / ein vmb gemauerter flecken. Belg. Een Stadt. Hisp. Ciudad castillo. Polon. Miasto ponyslu. Vng. Varos. Ang. A towne.] Est autem propriè Oppidum, locus mœnibus conclusus, in quem homines multi habitandi causa conveniunt. Quidam Oppida ab urbibus distinguunt, ut hæ quidẽ majores ampliores q;, illa minora sint & obscuriora. Alii uni Romę urbis nomẽ tribuũt, reliqua omnia oppida appellantes. Sed hæ differentię nõ observantur. Sæpe enim indifferenter legimus eandem civitatem Oppidum, & Vrbem appellari. Vnde Plautus in Persa 1. quum Eleusipolim sæpius Vrbem vocasset, postea subdit: Eleusipolim Persæ cepere in Arabia, plenam bonarum rerum, antiquum oppidum. Sic Servius Sulpitius in Epistola illa consolatoria ad Cicronem de morte Tuliię, quũ numerasset multas insignes urbes partim vi hostili, partim terræmotu eversas, subdit: Quæ oppida quondã tempore florentissima fuerunt. Cic. 6. Verr. Segesta est oppidũ pervetus in Sicilia, Iudices, quod ab Aenea fugiente è Troia, atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant. Virg. 4. Aegl. -quæ cingere muris Oppida. Horat. 2. Epist. 1: -aspera bella Componunt, agros assignant, oppida condunt.

O̅ppĭdŭlum, li, diminutivum, Parvum oppidum. [πολίχνιον. Gall. Citadelle, villette. Ital. Cittadella. Germ. Ein Stetlin. Hisp. Castillo, villeta. Pol. Miasteczko. Vngar. Varosonke. Ang. A little towne, or village.] Cic. ad Att. lib. 10: Nec tamen in arce, sed Meliteæ, aut alio in loco, sive in oppidulo futurum puto.

O̅ppĭdātim, adverbium, Per singula oppida: [κατὰ πόλεις. Gall. De ville en ville. Ital. Di città in città. Germ. Durch alle Stet von Stat zu Stat. Hisp. De ciudad in ciudad. Pol. Od miasta do miasta, pomiecpiech. Vngar. Varosonkent. Ang. Towne by towne.] ut Oppidatim discurrere.

O̅ppĭdānŭs, ni, m.f. Qui oppidum incolit. [πολίτης. Gall. Citadin, citoyen. Ital. Cittadino. German. Ein Statmann / der in der Stat wohnet. Hisp. Ciudadano. Pol. Miesczanin. Vngar. Varosbeli. Ang. That dwelleth in a towne, a towne man.] Cæs. libro 1. Comm. Sub vesperum Cæsar portas claudi, milites ex oppido exire jussit, ne quam noctu oppidani à militibus injuriam acciperent. Idem 1. bell. Civ. Vniversique oppidani, & milites, obviam gratulantes Antonio exierunt.

O̅ppĭdānŭs, a, um, Quod est ex oppido, quod ad oppidum pertinet, ut Oppidanũ jus. ἀστικός. Cic. pro Planc. Venere quodam in scenicos jure, maximeque oppidano. Cicer. de Clar. Orat. Quæstores celeriter facti sunt oppidano quodam, & incondito genere dicendi.

O̅ppĭdò, adverb. significat Valdè, multũ. [πάνυ. Gall.

Gall. Mout, beaucoup, fort. Ital. Molto. Ger. Baß gar/beſſtig. Hiſp. Mucho, muy. Pol. Barzo. Vngar. Igen. Ang. Moche, very moche.] Ortum eſt autem hoc verbum, teſte Feſto, ex ſermone inter ſe confabulantium, quantum quiſque frugum faceret: utque multitudo ſignificaretur, ſæpè reſpondebatur: Quantum vel oppidò ſatis eſſet. Hinc in conſuetudinem venit, ut diceretur Oppidò, pro valde, multùm. Hæc ille. Terent. in Heavt. Dic me hic oppidò eſſe invitam. ¶ Interdum etiam poſt Oppidò ſubjungimus particulam Quàm. Gell. lib. 15. cap. 30: Oppidò quàm fiunt in literarum oſtentatione inepti, & frivoli. ¶ Accipitur aliquando Oppidò, pro ſtatim. Plaut. in Moſtel. Perdidi operam fabrorum illicò, oppidoq; venit ignavia. Idem: Reddidi omne argentum oppidò.

O'ppĭdĭcus, ὁ ἐκ πόλεως ἀστικός. Ejus ſignificationis eſſe putat Calepinus, cujus Oppidanus: citans locum Gellii ex lib. 2. cap. 21. ubi ſic legit: Hic ego ad noſtros juvenes convertor. Quid, inquam, vos oppidici dicitis mihi? Sed proculdubiò, ut pleriſque aliis in locis, ita hic quoq; deceptus eſt Calepinus mendoſis exemplaribus: quandoquidem in caſtigatis Gellii codicibus, non Oppidici legitur, ſed Opici.

O'ppignĕro, ras, act. p. Pignori do, pignori obligo. [ערב haabar חבל chabal. ἐνεχυράζω. ὑποτίθημι. Gall. Engager. Ital. Impegnare. Germ. Verpfenden/ zu einem pfand geben. Belg. Verpanden/ verſetten. Hiſp. Empennar, poner prenda. Pol. Zaſtawiam. Vngar. Zalagba vetbem mez, Zalagoſitom. Ang. To lay in pledge or gage.] Martial. lib. 2: Oppigneravit amodò Claudi mêam Vix octo numis anulum, unde cœnaret. Terent. in Heavt. -num illa oppignerare filiam Meam me invito potuit? ¶ Repignerare eſt ſoluto debito pignus recipere. Vide ſuo loco.

O'ppīlo, as, pe. prod. act. p. Occludo. [אטם atám סכר ſachár. ἐμφράττω. Gall. Bouſcher, eſtouper. Ital. Serrare. Germ. Verſtopffen/ beſchlieſſen. Hiſpan. Cerrar. Polon. Zamikam, zatarasſuie. Vng. Berekeſztem, be gyritem. Ang. To ſtoppe or ſhutt.] Lucr. lib. 6: Fluctibus adverſis oppilare oſtia contrà. Cicer. 2. Philip. Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conjeciſſet, hiſque oppilatis impetum tuum compreſſiſſet.

O'ppilatio, Vox vulgò medicis uſitata. Vitium enim præcluſi jecinoris, aliorumque intùs viſcerum, Oppilationem vocant. [סכר ſeber. ἔμφραξις.]

O'ppleo, act. l. Impleo [מלא malé. ἀναπιμπλέω. Gall. Remplir, emplir. Ital. Impire. German. Zufüllen. Hiſpan. Henchir. Pol. Napelniam. Vng. Betöltöm mez, töltöm. Ang. To fill full.] Plaut. in Rud. Sed ad prandium uxor me vocat, redeo domum, jam meas opplebit aures ſua vaniloquentia. ¶ Item Opplere, eſt quaſi occupare. Varr. lib. 3. de Re ruſt. cap. 4: Alienus odor nares opplet. Cic. 2. de Natur. deor. Nam vetus hæc opinio Græciam opplevit. Idem poſt reditum in Senatu: Mens prava oppleta tenebris & ſordibus.

O'pplōro, as, Plorando obtundo. προσθρηνέω. Lib. 4. ad Herenn. At ille: Quin mihi illum datis, ac vox auribus meis opplorare deſinitis?

O'ppōno, nis, act. t. Contrà pono ſeu ex adverſo pono, objicio, injicio. [הציב בפנים hitzbib bephanim. ἀντιτίθημι, ἀντίκειμαι, ἐναντίως ἐν μέσῳ τίθημι. Gall. Oppoſer. Ital. Opporre. Ger. Entgegen ſetzen. Belg. Tegen ſtellen. Hiſpan. Contraponer. Polon. Zaſtawiam. Vngar. Ellenbe vetem. Ang. To lay or put againſt.] Cicer. 2. de Nat. deor. E' quibus pullos quum excluſerunt, ita tuentur, ut & pennis foveant, ne frigore lædantur: & ſi eſt calor, à Sole ſe opponant. Moles fluctibus opponere. Cicer. 1. Offic. Natura oppoſuit montes mari, Lucan. lib. 2. Opponere virtutem virtuti, Cic. 3. de Finib. Cic. pro Quint. Minæ jactentur, pericula intendantur, formidines opponantur. ¶ Aliquando pro Deponere: hoc eſt, contra aliū provocantē pignus ponere apud Plaut. in Curc. -pono pallium, Ille ſuum anulum oppoſuit.

O'ppŏsĭtio, nis, f. t. Contrarietas, repugnantia. [ἀντίθεσις. Gall. Contrarieté. Ital. Contrarietà. German. Ein gegenſatz. Hiſpan. Contrariedad. Polon. Przeciwienie. Vngar. Ellenbe vetes. Ang. Contrarietie.] Cic. 1. de Invent. Diſparatum autem eſt id, quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur, hoc modo, Sapere, non ſapere.

O'ppŏsĭtum, n. t. Contrarium. [הפך héphech. ἀντικείμενον, ἐναντίον, ἐναντίως. Gall. Contraire, oppoſite. Ital. Contrario. Germ. Widerſatz/ gegenheit. Hiſp. Contrario. Pol. Przeciwnoſć. Vngar. Ellenbenvalo, ellenkezö. Ang. Contrarie.]

O'ppŏsĭtŭs, hujus tus, m. q. Oppoſitio, interpoſitio, objectio. [ἀντίθεσις. Pol. Zaſtawianie. Vng. Ellenbe vetés. Ang. An oppoſition, or obiection.] Gell. lib. 14. cap. 5: Quum ille paulliſper, oppoſitu horum vocabulorum commotus, reticuiſſet, &c. & lib. 14. cap. 5. Cicer. pro Marcel. Non modò excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus, & corporū pollicemur.

O'pportūnus, a, um, per duplex p, ab Ob, & Portus compoſitum putatur, quòd navigantibus utiliſſimi, optatiſſimiq; ſint portus. Dicitur autē propriè Opportunum, quod nobis commodè, in tempore, & optatò contingit. [טוב tob. εὔκαιρος. Gal. Opportun, convenable propre. Ital. Opportuno, à tempo, al biſogno. Ger. Kommlich/ mitgelegen. Belg. Bequamelijck/ voeghlijck. Hiſp. Coſa con ſazon ò tiempo, conveniente. Pol. Wczeſny, na przeciwnie. Vn. Alkolmatos helyet. Ang. Apt, convenient, in due tyme and ſeaſon.] Cic. Cælio lib. 2. Epiſt. Quas ſi ſatis opportuno tempore accepiſti, gratiſſimum mihi feceris. ¶ Quandoq; ponitur pro apto & idoneo. Terent. in Evnuch. Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex uſu tuo, nemo eſt. ¶ Quandoq; jungitur dativo pro proclivi & obnoxio. Plin. lib. 7. cap. 52: Fœminarum ſexus huic malo videtur maximè opportunus, converſione vulvæ. Idem lib. 18. cap. 7: Opportuniora morbis corpora: hoc eſt, procliviora ad morbos, & quę citiùs incidunt in morbum. ¶ E' diverſo, Importunum eſſe, & Importunum fieri dicimus, quæ ſunt, fiuntve præter rationem loci ſive temporis, aut perſonarum. Vide ſuo loco.

O'pportūnè, adverbium, Tempeſtivè, in tempore: [ἐν καιρῷ, ἐν δέοντι. Gal. En temps & lieu, tout à point. Ital. A tempo ò luoco. Germ. Kommlichen/ eben zu rechter zeit. Hiſpan. Con ſazon ò tiempo. Polon. Wczas. Vngar. Alkolmatoſſan, idején korán. Ang. In due tyme, and ſeaſon.] quod accidit in loco & tempore. Terent. in Andr. Opportunè hic fit mihi obviam.

O'pportūnĭtas, f. t. Commoditas, tempus, occaſio. [εὐκαιρία. Gall. Opportunité, commodité de temps. Ital. Opportunità. Germ. Gelegenheit der zeit und anderer umbſtänden/ kommligkeit. Hiſp. Sazon con tiempo. Pol. Wczeſnoſć. Vng. Alkolmatoſſág. Ang. Opportunitie, occaſion or commoditie of tyme.] Cic. 3. de Finib. Et quemadmodū opportunitas (ſic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit major productione temporis, &c. ¶ Ponitur quandoque Opportunitas pro facilitate. Plin. Epiſt. 24: Tranquilli ſtomachum multa ſolicitāt, vicinitas urbis, opportunitas viæ, &c. ¶ Quādoq; pro utilitate. Cic. de Amic. Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Opportunitate bona advenire: id eſt, in tempore. Plaut. in Epid. Optima opportunitate ambo autem veniſtis.

O'pprĭmo, is, pen. corr. act. t. Eneco, perturbo, obruo, & amplius aliquid quàm extinguo. [עשק haſchak רצץ lachàts אנס iſhis כבה hinnah. ἐπιφέρω, ἐπιλαμβάνω, καταπνίγω. Gall. Opprimer, abbatre, accabler. Ital. Opprimere, perturbare, uccidere. Ger. Underdrucken. Belg. Verdrucken. Hiſ. Opprimir, matar. Pol. Potlumiam przyciskam. Vn. Le nyomom. Ang. To greeve, to oppreſſe.] Cic. in Lælio: Quamobrem primùm danda eſt opera, ne qua amicorum diſſidia fiant. Sin aliquid tale evenerit, ut extinctæ potiùs amicitiæ, quàm oppreſſę videantur, ſenſim & lentè intereat, quaſi quod extinguitur. ¶ Interdū opprimere ponitur pro continere, ſeu claudere. κατέχω. Plaut. in Aſin. Os opprime. ¶ Interdū pro deprehendere. Ibidem: Iam faxo ipſum hominem manifeſtò opprimas. ¶ Interdum pro violare, διαφθείρω, ut, Oppreſſit virginem. ¶ Interdū pro premendo gravare. πιέζω. Cicer. Qui homini tot miſeriis, calamitatibusq; oppreſſo ſubveniret. ¶ Interdū pro prævenire, occupare, προκαταλαμβάνω. Cicero Caſſio: Puto te jam ſuppudere, quum hæc tertia jam epiſtola antè te oppreſſit, quàm tu ſchedam aut literam. Quādoque pro ſupprimere, celare, tacere. Cicer. pro Roſc. Amer. Eſt quiddam quod occultatur, quod quò ſtudioſius ab ipſis opprimitur, & abſconditur, eò magis eminet & apparet. ¶ Interdum pro conſtringere. συνθλίβω.

O'pprĕſsĭo, f. t. [עשק biſhek רצץ lachats. καταδυναστεία, ἀναγκασμός. Gall. Violence, oppreſſion. Ital. Violenza, oppreſſione. German. Underdruckung/ vbertrang. Hiſpan. La oppreſſion, violencia. Pol. Zgiſzenie. Vng. Le nyomas. Ang. A greeving, oppreſſion.] Conſtrictio, cujus diminutivū eſt Oppreſſiuncula. Plaut. Molles morſiunculæ, papillarum horridulatum oppreſſiunculæ.

O'pprĕſsĭuncŭla, Verbale, f. p. [ὁ μικρὸς ἢ ὀλίγη θλῖψις. Gall. Petite violence & oppreſſion. Ital. Picciola violenza & oppreſſione. Germ. Ein kleiner vbertrang. Hiſpan. Pequenna violencia y oppreſſion. Polon. Mała ucisk. Vng. Le nyomaſocska. Ang. A ſmall greeving or oppreſſion.] apud Plautum legitur.

O'pprĕſsor, oris, m. t. Vindex, extinctor, victor. [עושק haſchek, καταδυνάστης, ἀποκτείνων, νικητής. Gall. Oppreſſeur. Ital. Oppreſſore. Ger. Ein underdrucker. Hiſp. Opprimidor. Polon. Potlumiacz, uciskacz. Vng. Le nyomo. Ang. That doeth violentlie and by oppreſſion.] Brutus ad Cicer. in Epiſt. ad Brutum: Petitis ut vindices atque oppreſſores dominationis ſalvi ſint?

O'pprŏbrĭum, brii, n. t. ex Ob, & Probrum, Infamia, dedecus, quaſi objectum probrum. [חרפה cherpáh גדוף ghiddúph גדופה ghiddupháh. ὄνειδος. Gall. Opprobre, reproche, outrageuſe parole. Ital. Opprobrio, vituperio, infamia, vergogna. German. Ein ſchmach unnd ſchand/ ein ſchmächliche auffruppfung. Belg. Verwytinge. Hiſp. El denneſto, verguença. Pol. Sromota, poſmiech, zelżywoſć. Vngar. Zidalom gyalazat. Ang. A reproche or rebuk ſull ſpeaking.] Cicer. in Saluſt. Quum omnibus matribus familiarum opprobrio eſſet. Horat. 1. Epiſt. 9: Sic ego majoris fugiens opprobria culpæ, &c. Idem 1. Carm. Ode 16: -dum mihi fias recantatis amica opprobriis.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Opprobro, bras, act. p. Opprobrio do, objicio. [חרף cheréph גדף ghiddéph. ὀνειδίζω. Gall. Reprocher, dire paroles, injurieuses à quelqu'un. Ital. Rimproverare, rinfacciare, villaneggiare, vituperare. Germ. Jat schmach auffrupffen oder herfür ziehen/ schmähen. Belg. Verwyten. Hisp. Denostar. Pol. Sramotę, naygł, y mowię, zarzucam. Vng. Gyalazom, gyalazom. Ang. To speak with reproche or rebuke.] Gell. lib. 1. cap. 15: Idem Cato M. Cælio Tribuno plebis vilitatē opprobrans non loquendi tantùm, verum etiam tacendi. Frusto, inquit, panis conduci potest, ut taceat, vel uti loquatur. Plaut. Mostel. Egóne id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier?

Opprobratio, verbale, f. t. [חרפה cherpáh גדף ghiddúph גדופה ghidduphah. ὀνειδισμός. Gall. Reprochement, outrage de paroles. Ital. Rinfacciamento. Ger. Ein verweisung oder auffrupffung zu wachs/schmähung. Hisp. El denuesto. Pol. Sramocenie, zelzenie. Vng. Zidalmazas, gyalazas. Ang. A rebuking, outrage of wordes.] Gel. lib. 12. cap. 11: Tum Cicero inopinata opprobratione permotus.

Opprobramentum, ti, n. f. Opprobrium. [חרפה cherpáh גדף ghiddúph גדופה ghidduphah. ὀνειδος. Pol. Zelzenie. Vng. Gyalazat, szidalom. Ang. A reproche, or rebuke fork speaking.] Plaut. in Merc. Litigare ego nolo vos: quā tuam antem accusari fidem, Multò ædepol, si quid faciendum est damni, facere mavolo, Quàm opprobramētum aut flagitiū muliebre efferre domo.

Oppugno, as, act. p. Contrà pugno, resisto, obsum. [צור tsúr לחם nilchám. πολεμέω, πολιορκέω, ἀντιμάχομαι. Gall. Oppugner, donner l'assaut. Ital. Oppugnare, dare assalto. Ger. Bestreitten/bestreitten/stürmen. Belg. Bevechten. Hisp. Combatir. Polon. Zwalczam, szturmuję. Vngar. Ellene viuok ostromlom. Ang. To fight against, to assayle.] Cic. pro Sestio: Domus est oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano. Idem Cælio lib. 2: Ibi quintum & vigesimū jam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pindenissum.

Oppugnatio, onis, f. t. [מצור matsór מלחמה milchamáh. πολιορκία. Gall. Assaut. Ital. Assalto. German. Stürmung. Hisp. Combatimiento. Polon. Szturmowanie. Vngar. Ellene viuas ostromlas. Ang. An assiege or assault.] Liv. 4. ab Vrbe: Nec segnior oppugnatio eū, quàm pugna fuerat.

Oppugnator, m. t. cujus antithéton est Propugnator. [צר tsár לוחם nilchám. πολιορκητής. Gall. Assaillant, qui donne assaut, combatant. Ital. Colui che da l'assalto. German. Stürmer/bekrieger. Hispan. Combatitore ò combatiente. Polon. Szturmujący. Vngar. Ellene viuo ostromlo. Ang. An assaulter.] Cicer. pro Cornel. Balb. Atque utinam qui ubique sunt propugnatores hujus imperii, possent in hanc civitatem venire, & contrà oppugnatores Reipublicæ de civitate exterminari.

Opputo, as, act. p. Puto, vel amputo, propriéq; de arboribus dicitur. [זמר zamár סעף seiph. ἀποκλαδεύω. Gall. Tondre, couper & oster les branches superflues. Ital. Potare. Germ. Beschneitten/erhauwen. Hisp. Cortar a podar. Pol. Obcinam. Vng. El vagdalom, el nyesem. Ang. To cutt of bowes, to prune trees.] Plin. lib. 17. cap. 21: Opputatur autem quicquid proximo tulit fructum.

Oppuvire. Antiquissimi dixerunt pro percutere. [הכה hicháh. πλήσσω.] Vnde Oppuvia, verbera dicuntur. Afranius: Oppuviis pueri coërcentur. Vide in dictione PAVIO.

Opes f. t. in numero plurali dicuntur, Omne id quo possumus aliquid, sive bona fama, existimatio & autoritas sit, sive divitiæ, sive bellica copia, sive quidvis aliud [רכוש rechúsch עשר hóscher. πλοῦτος, δύναμις. Gall. Richesses, biens, chevance. Ital. Ricchezza. Ger. Reichthumb/das vermögen mit Haab vnnd Gut. Belg. Rijckdom. Hisp. Riquezas. Pol. Majetność, bogactwa. Vng. Kazdagsag, ioszag, marha. Ang. Riches, goodes, substance.] Virgil. 1. Aen. Auxilio tutos dimittam, opibusq; juvabo. Horat. Serm. lib. 2. Sat. 2: puer hunc ego parvus Ofellum Integris opibus novi non largius usum, Quàm nunc accisis videas. Quo in loco Horatius vocat Opes accisas, quę imminutę sunt & attenuatę, quibus opponit Opes integras: hoc est, florentes, & nulla in parte deminutas. ¶ Apud vetustissimos etiā Ops aliquādo invenitur, ut idem sit quod opem ferens. Accius: Quorū genitor fertur esse ops gentibus. ¶ Hinc Inops sine ope, & Inopia: de quibus suis locis. ¶ Obliqui singulares significant auxilium, ἐπικουρίαν. Ovid. lib. 1. de Remed. Carminis & medicæ Phœbe repertor opis. Cicer. lib. 5. Tusc. Opis egens, dixit id est, auxilii indiga. ¶ Aliquādo tamē significant vires, vel potestatē, δύναμιν. Virg. 1. Aen. grates persolvere dignas, Nō opis est nostrę. ¶ Aliquando vim. Salust. in Catil. Summa ope niti decet, ne vitam silentio transigant: id est, summa vi. ¶ Aliquando etiam opem in singulari numero legimus pro divitiis. Cic. 3. Tusc. ex vetusto poëta: O Priami domus, septum altisono cardine templum, Vidi ego te adstantem ope barbarica: id est, opulētia & fastu immani. ¶ Quandoq; etiam Opes pro auxilio legimus in numero plurali. Idem ad Quint. Frat. Nunc ita accidit, ut neque Prætores suis opibus, neq; nos studio nostro quicquam proficere possimus. Horat. lib. 1. Epist. donec minor in certamine longo Imploravit opes hominis.

Opifer, ra, rum, Opem ferens. [עוזר hozér. βοηθητικός, βοηθός. Gall. Qui donne aide & secours. Ital. Chi porge aiuto & soccorso. German. Helffer/ der hilff beweiset. Hispan. Que trae consigo ayuda. Polon. Pomocnik. Vngar. Segitseg tevo segito. Ang. That helpeth.] Ita Junonem Opiferam appellarunt Romani, quòd parturientibus opem ferre crederetur. Plin. lib. 11. cap. 37: Metellum Pontificem linguæ adeò inexplanatæ fuisse accepimus, ut multis mensibus tortus credatur, dum meditatur in dedicanda æde, Opiferæ dicere.

Opulentus, a, um, Dives & opibus abundans. [עשיר haschir. πλούσιος. Gall. Riche, opulent. Ital. Ricco, opulento. Ger. Reich/wolhabend. Belg. Rijck. Hisp. Rico y abundante. Pol. Bogaty, dostatni. Vng. Kazdag ẽber. Ang. Riche, wealthie.] Plaut. in Amph. Opulento homini hæc servitus dura est. Cic. de Amic. Vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quàm viri: & inopes, quàm opulenti. Horat. 3. Carm. Ode 24: Intactis opulentior thesauris Arabum, & divitiis Indiæ. Virg. 1. Aen. Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido Condebat donis opulentum, & numine divæ. Catul. in Iul. Cęsar. Eóne nomine urbis opulentissimæ socer, generque perdidistis omnia?

Opulentia, f. p. Opulentitas, atis, f. t. Opes, divitiæ. [רכוש rechúsch עשר hóscher. πλοῦτος. Gall. Richesse, abondance. Ital. Ricchezze, abondanza. German. Reichthumb. Hispan. Riqueza, abundancia. Polon. Bogactwo. Vng. Kazdagsag, dussag. Ang. Richesse, wealth.] Plaut. in Mil. Qualiq; ejus opulentitatem reverearis. Salust. in Cic. Cui potest esse dubium, quin opulentiam istam ex sanguine & miseriis civium paraveris? Plin. lib. 17. cap. 1: Tam recens est opulentia, tantoq; tunc plus honoris arbores domibus afferebant, ut sine his ne inimicitiarum quidem pretium servaverit Domitius.

Opulenter, Sumptuosè, splendidè, cū opulentia. [πλουσίως, δαψιλῶς, ἀφθόνως, ἀσώτως. Gall. Richement, en grand' abondance. Ital. Riccamente, in abondanza. Ger. Reichlichen/köstlich/prächtig. Hisp. Rico y abundatamente. Pol. Bogacie, dostatnie. Vngar. Kazdagon dusan. Ang. Richely, with great wealth.] Liv. lib. 1. ab Vrbe: Ludos opulentius, instructiusque, quàm priores reges, fecit.

Opulento, as, act. p. Dito, seu abundantem facio. [העשיר heheschir. πλουτίζω. Gall. Enrichir, faire riche. Ital. Arricchire. Germ. Reich machen. Hisp. Enriquescer. Pol. Bogacę. Vng. Meg gazdagitok dussa teszek. Ang. To make riche.] Col. lib. 8. cap. 1: Quippe villaticę pastiones, sicut pecuarię, non minimā colono stipem conferunt: quum & avium stercore macerrimis vineis, & omni surculo atque arvo medeantur, & eisdem familiarem focum, mensamq; pretiosis dapibus opulentent. Horat. 1. Epist. 17: Ne percontetis fundus meus, optime Quinti, Arvo pascat herum, an baccis opulentet olivæ.

Opulesco, n. t. Ditesco. [עשר haschár. πλουτέω. Gall. S'enrichir. Ital. Arricchire. German. Reich werden/reichen. Hispan. Ser enriquescido y abundado. Polon. Bogacenie. Vngar. Meg kazdagodom. Ang. To waxe riche.] Furius: Quò magis incomptis possint opulescere campis. Nonius.

Opsimathes, ὀψιμαθής, Qui jam grandis natu discit, vel qui serius ad discendum accedit.

Opsimathia, ὀψιμαθία, Sera eruditio, interprete Gellio.

Opsonium, nii, n. f. Omne id quod cum pane vescimur. [פת בג path bagh. ὀψώνιον. Gall. Toute viande autre le pain & le vin, pitance. Ital. Companatico. German. Allerley dinges speiß ohne Wein vnnd Brot/ die neben speiß / zuspeiß. Belg. Toespijse. Hisp. Qualquier manjar que no es pan. Pol. Pokarm, sadło. Vng. Eleszek. Ang. All meat except bread and drink, cates.] Plaut. in Aul. Dat coquos cum opsonio. Juvenal. Sat. 11: non tamē his ulla unquam opsonia fiunt Rancidula. Horat. 1. Serm. Satyr. 2: Omnia conductis coëmens opsonia nummis.

Opsono, as, & Opsonor, aris, deponens, pen. prod. (nam Græcè ὀψωνεῖν, per ω, scribitur.) Emo, seu præparo opsonium. [ὀψωνέω, ὀψωνίζω. Gall. Acheter ou faire provision de viandes. Ital. Comprare companatico. German. Allerley neben speiß einkauffen. Hispan. Comprar de comer. Polon. Skupię pokarmu. Vngar. Eledele vale vagyok kenyerbk. Ang. To laye out money for cates.] Plaut. in Casin. Argento ne parcito, opsonato ampliter. Idem: Cœnæ opsonavit: id est, opsonium emit. Terent. in Andr. Vix drachmis opsonatus est decem. ¶ Opsonare famem ambulando, est acuere, & excitarē. Cic. 5. Tusc. Socratem ferunt, quum usque ad vesperum contentiùs ambularet, quæsitumque esset ex eo quare id faceret, respondisse: Se, quò melius cœnaret, opsonare ambulando famem.

Opsonito, as, frequentativum. Sæpè opsono. ὀψωνίζω. Nævius: Multi mecum eo die opsonitavere.

Opsonatus, us, m. q. Ipsa opsonatio. [ὀψωνία. Gall. Achetement provision de viandes. Ital. Preparatione di vivande. Ger. Einkauffung der zuspeiß. Hispan. Aquella obra de comprar de comer. Pol. Skupowanie pokarmum. Vng. Etel. Ang. A laying out of money for cates.] Plaut. in Trucul. Dedi equidem hodie quinque argenti deferri minas, præterea unam in opsonatum.

Opsonator,

Opsonatōr, oris, verbale, m. t. Qui emit opsonia. [ὀψώνης. Gall. Despensier, qui achete viandes. Ital. Spenditore, provveditore da viande. German. Ein kauffer der tischspeiß. Hispan. Despensero que compra de comer. Pol. Zkupien pokarmow. Vngar. Eledel vevő. An. A cater.] Senec. ad Lucil. Adjice opsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cujus illum sapor excitet. Plaut. Mil. Vel primarium parasitum, atque opsonatorem optimum.

Opsŏpœus. [ὀψοποιός. Gal. Cuisinier. Ital. Cuoco. German. Ein Bratmeister oder Koch. Hispan. Cozinero. Polon Kucharz. Vng. Etelt fozalo, szakats. Ang. A cooke.] Concinnator opsoniorum: id est, coquus.

Opsōpōlis, pen. prod. ὀψόπωλις, Opsoniorum venditrix.

Opsōpōlium, Locus ubi opsonia venduntur.

Opticus, a, um, pen. cor. Visibilis, qui perspici potest. [ὀπτικός. Gall. De perspective, chose apparoissant à voir. Ital. Visivo, perspettivo. German. Des gesichts/ zu dem gesicht gehörig. Hisp. Cosa para ver y mirar, perspectivo. Polon. Do widzenia przynależący. Vng. Latni. Ang. That serveth for the sight.] Hinc nervi optici, à medicis dicuntur, per quos spiritus visivus defertur in pupillam. ὀπτικὰ νεῦρα. ¶ Hinc etiam pars Geometricæ disciplinæ dicitur Optice, ὀπτική id est, Perspectiva, quæ ad oculos pertinet, quæ causas reddit cur visiones subinde fallant, & ea quæ in aqua conspiciuntur, majora ad oculos fiant: quæ procul ab oculis sunt, minora.

Optimas, Optimitas, Optimus, Vide BONVS.

Opto, tas, act. p. Desidero, cupio. [אבה abah אוה ivvah חפץ chaphets. ὀρέγομαι. Gall. Desirer. Ital. Desiderare. Ger. Begeren/ wünschen. Belg. Wenschen/begheeren. Hisp. Dessear. Pol. Zadam wesolye, pozą. Vng. Kevanum. Ang. To wish or desire.] Cic. Sulp. lib. 4. Itaq; mihi venire in mentē nil potest, nō modò quid sperem, sed vix jam quid audeam optare. ¶ Vnde Optativus modus apud Grammaticos, ἡ εὐκτική. ¶ Quandoq; eligo. αἱρέομαι. Cic. lib. 1. Offic. Quæq; majori parte pulcherrima videantur, ea maximè optans. Virgil. lib. 1: Optavitque locum tectis. ¶ Aliquando Optare ponitur pro petere vel rogare. Cicer. in Cat. lib. 2: Neque ego à diis immortalibus Quirites optabo, &c. ¶ Interdum etiam pro asciscere. Idem in Epistol. Sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. ¶ Hujus composita sunt, Adopto, Coōpto, Exopto, & Præopto: de quibus suis locis.

Optātus, a, um, participium. ¶ Optati dicuntur, qui in honestū gradum aliquem sunt electi. αἱρετοί, à verbo Opto, quod inter cætera eligo significat & adscisco.

Optātus. Expetitus, desideratus. [נאוה naaveh.] Cicero ad Lentul. Tametsi mihi nihil fuit optatius, quàm ut primùm abs te ipso: deinde à cæteris omnibus quàm gratissimus erga te esse cognoscerer. Idem Quint. Frat. Vale mi optime, ac optatissime frater.

Optātissimus, superlat. ut, Optatissimus nūtius, Cic. 14 Philip.

Optātum, ti, n. f. substantivū, Expectatū. [תאוה' avvah תאות taavah מאויה maavajeh חפץ chephets. εὐχή, εὐκταῖον. Gal. Chose desirée. Ital. Cosa desiderata. Ger. Ein Wunsch oder Begerd. Hisp. Cosa desseada. Polon. Winszowanie. Vngar. Kevanatos. Ang. A wishe and desire.] Cic. in Pison. Illud etiam accidit preter optatum meum, sed valde ex voluntate. Optata loqui, Terent. Heaut. Eveniunt optata, Ovid. 6. Metam. Respondet optatis meis fortuna, Cic. Curio. 2. lib. Epist. Famil.

Optātò, adverbium, Cum desiderio. [κατ' εὐχήν. Gall. Desiréement, avec desir & souhait. Ita. Desideratamente. Ger. Erwünscht. Hisp. Desseadamente. Pol. Zwinszowaniem. Vng. Kevanatossan. An. As one would wishe.] Terent. in And. Optatò advenis. Cic. ad Att. Nisi quid te aliud impediet, mihi optatò veneris.

Optābĭlis, le, om. t. Quod est expetendum. [נאוה naaveh. εὐκταῖος. Gall. Desirable. Ital. Desiderabile. Germ. Zu erwünschen/ wünschens wärt. Hispan. Cosa para ser desseada. Polon. Pożądliwi. Vngar. Kevanando. Ang. That is to be desiderd or wished.] Cicer. Lucu. Quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt jucundæ. Idem 1. de Finib. Itaq; ne justitiam quidē rectè quis dixerit per seipsam optabilem, sed quia jucunditatis vel plurimum afferat.

Optābĭlĭter. adverb. [εὐκταίως. Gall. A souhait. Ital. Desiderevolmente, con desiderio. Germ. Nach allem Wunsch. Hisp. Desiderablemente. Pol. Podlie winszowania. Ang. Delectably, in such sorte as is to be wished.] Cicero 1. Tusc. Prò dii immortales, quàm optabiliter iter illud jucundum esse debet!

Optīvus, penult. prod. adjectivum, Pro adoptivo: [θετικός. Gall. Adoptif. Ital. Adoptivo. German. Angenommen / erwehlt. Hispan. Adoptado è ahijado. Polon. Wibrany. Vngar. Fogadot. Ang. Adoptive.] ut Nomen optivum. Horat. 2. Epist. 2: Fit plus adposcere visus Fit Mimnermus, & optivo cognomine crescit.

Optio, onis, f. t. Optatio atq; eligendi facultas. [מבחר mibchar מבחור mibchor. αἵρεσις. Gall. Souhait, chois, eslite. Ital. Elettione. Germ. Ein Wahl. Belg. Den Cuer/wensch. Hisp. Obra de dessear ò elegir, elecion preposita. Pol. Przebranie, wibor. Vng. Valasztasra valo szabadsag. Ang. Choise or election.] Plaut. in Casin. Optio hæc tua est, utram harum vis conditionē, accipe. ¶ Dare optionē, & facere optionē, & dare, & deferre alicui, & Permittere optionem alicui. Cic. 1. Verr. Quoties ille tibi potestatē, optionēq; facturus sit, ut eligas utrum velis factū esse, necne. Quint. lib. 5: Nec optio judicis adversario est permittenda. Cic 4 Acad. Si optio naturæ nostræ detur. ¶ Optio etiam aliquando mascul. generis est, significatque ministrum à Centurione vel Decurione adoptatum, qui privata ejus obeat negotia, dum ipse publicis curis est districtus. Veteres appellabant Accensum. Festus: In re militari Optio appellatur is, quē Decurio, aut Cēturio optat sibi rerū privatarū ministrum, quò faciliùs obeat publica officia. Optio qui nunc dicitur, ante appellabatur Accensus, qui à Tribuno militum Centurioni dabatur adjutor. Dicitur ab optando (ut Vegetius ait) quòd antecedentibus ægritudine præpeditis, ii tanquā adoptati eorū, atque vicarii, solent, universa curare: ut nihil aliud sit Optio in re militari, quàm adoptatio: quoniam Centurio, aut Decurio optabat sibi rerum privatarum ministrum, quò faciliùs publica obiret negotia. Plaut. in Asin. Optionem tibi sumito Leonidem. Callist. in l. ultim. de Iur. immuni. Quamobrem etiam cum qui in palatina militia ipsum agat, quod in exercitu Optiones, jure arbitror dici Optionem.

Opŭlento, Opulentus, Opulesco, Vide OPES, in OPS.

Opŭlus, li, pen. cor. f. f. Genus arboris, maritādis vitibus maximè idoneum. Colum. lib. 5. cap. 6: Sed vitem maximè opulus videtur alere, deinde ulmus, pòst fraxinus. Ruell. lib. 1. cap. 105: Opulus corno similis arbor, arbusto Gallico faciundo idonea: Obierus vel Opierus apud nos ruri dicitur, ulmi proceritate adolescit, caudice recto, enodi, &c.

Opuntĭa, æ, Herba est circa Opuntem nascens, etiam homini dulcis: mirumque è folio ejus radicem fieri, ac sic eam nasci. Verba sunt Plin. lib. 21. cap. 17.

Opŭs, operis, & Opus, indeclinabile. Vide OPERA.

Opuscŭlum, diminutivum, Vide OPVS in OPERA.

O ante R.

OR. In notis antiquorum, ornato, vel Ordo. ORB. PAR. orbati parentes. ORD. ordinis. OR. M. ordo militum. ORN. IMP. ornatus imperialis.

Ora, oræ. f. p. Extremitas cujusq; rei. [סוף soph כנף chanaph שול schul גליל ghelil. λήγμα, τὸ ἔσχατον, ἡ ὤα. Gall. La fin & bout de quelque chose que ce soit, fin & limite, le bord de quelque habit. Ital. Estremità di qualche cosa. Ger. Das end oder eusserst eines jedē dings. Belg. Das uiterste/den cant. His. Orilla fin ò cabo. Pol. Brzeg kazdei rzeczy. Vn. Zel, vég, hatar. An. The edge of an habiliment, the borders of countreys.] Virg. 9. Aen. ad bellum retulit: Et mecum ingentis ora evolvite belli: hoc est, finē belli, vel belli extrema, ut interpretatur Servius. Hinc vestimentorum extrema, Oræ dicuntur, κράσπεδα. Regionum item, terrarumq; fines, insuper maritimæ ipsæ regiones, Oræ dicuntur. Virg. 1. Aen. Arma virumq; cano Troiæ qui primus ab oris, Italiam fato profugus, Lavinaque venit Littora. ¶ Oræ alveariorum. Virg. 4 Georg. Spiramenta linunt, fucoque & floribus oras Explent. ¶ Plin. Oræ appellatione ferè semper regionem littoralem appellat, ἀκτήν, apud quem crebrò illa leguntur: In ora sunt civitates: & oppida oræ proxima. Quæ verò remota sunt ab ora, in mediterraneo esse dicuntur. ¶ Ora pro regione. Cicer. 2. de Nat. deor. Omnibus hominibus, qui ubique sunt, quacunque in ora ac parte terrarum. ¶ Ora pro climate, vel segmento cœli. Cicer. 1. Tusc. Tum globum terræ eminentem à mari, fixum in medio mundi universi loco, duabus oris distantibus, habitabilem, & cultum. ¶ Sunt qui dicant Oram etiam significare nāuticum funem, quo navis littori alligatur, adducentes testimoniū illud Quintil. in Præfat. ad Tryphonem: Permittamus vela ventis, & oram solventibus bene precemur. & Liv. lib. 28: In ipsis quoq; trepidarum navibus, dum ne hostes cum suis irrumperent, trahunt scalas: orasque, & anchoras, ne in moliendo mora esset, præcidunt. Cæterùm eruditi negant Oram inveniri pro fune nautico apud idoneos autores, quū ne in Livio quidem Oras, sed Lora in vetusto codice scriptum reperiatur: & apud Quintil. Ora solventibus, in quibusdam exemplaribus legatur: ut idē sit Ora solvere, quod solvere à littore. ¶ Ora pro initio rei, autore Festo, usus est Cæcilius: Oram, inquit, reperire nullam, quā expediam, queo. ¶ Apud Celsum, Oræ vulneris vocantur, hiantis vulneris extremitates, quæ futura cōjunguntur. Oras, inquit, vulneris futuræ comprehendant. ¶ Ora commentari, quid sit, non satis perspicuum est. Sic scribit Plautus in Menæchmis: Nimis autem bene ora commentavi, atque ex mea sententia. Ex quibus verbis sensum elegantem elicere, non ita proclive est. Putat autem Turnebus ad eos qui fingunt comicum respexisse, qui cum eo alicujus statuæ, ita ut volunt adfabrè & graphicè expresserunt lineamentis omnib. emendatissimis, gaudent: quod quidem se fecisse dicit Messenio, contuso pugnis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg